

EL OPÚSCULO DE PROCESSIBUS PAPARUM CONTRA PRINCIPES INUTILES, DEL CARDENAL ROSELL

Fue Nicolás Rosell uno de los claros varones del siglo XIV. Es conocido por el cardenal de Aragón.

En estas páginas va a ver la primera luz su opúsculo *De processibus paparum contra principes inutiles*. Con su publicación intentamos principalmente dar a conocer parte de la producción literaria de este personaje, cuya influencia fue notable en el antiguo reino de Aragón. Decimos que nos proponemos ofrecer esta ebrilla del insigne purpurado, que no deja de tener valor en la contribución de la historia de la Iglesia, aunque su fin al escribirla no fuera otro que el modesto de aleccionar a los prelados eclesiásticos con los ejemplos de los papas en la tarea no siempre fácil de salvaguardar los derechos de la Iglesia en contra de los poderosos del mundo, como en sus tiempos fueron emperadores y reyes, cuyo lugar ocupan los actuales jefes de Estado.

La breve biografía de presentación del autor, que debía de figurar antes de la obrecilla, está hecha, de manera que viene a ser superflua reproducirla. Baste con remitir al lector a su compositor, indicándole a la vez las mejores fuentes en que éste la bebió (*).

Con todo, no estará de más que para encuadrarlo en la historia demos sus fechas más notables. Nace en 1314, entra en la Orden de Predicadores el 1327; se licencia en Teología en 1349; en 1350

(*) JOHANNES VINCKE, *Nikolaus Rosell O. P., Kardinal von Aragon*, «Archivum Fratrum Praedicatorum» 14 (1944) 116-197. Es la mejor de todas; completa la de RAMÓN ALÓS, *El cardenal de Aragón, fray Nicolás Rosell*, «Escuela Española de Arqueología e Historia en Roma» I (Madrid, 1912) 15-60; ambos han utilizado los documentos que se hallan en el Archivo de la Corona de Aragón. FRANCISCO DIAGO, *Historia de la Provincia de Aragón de la Orden de Predicadores* (Barcelona, 1598), 12 v, 41 v-46 r; QUÉTIF-ECHARD, *Scriptores Ordinis Praedicatorum* (Lutetiae Parisiorum, 1719), 651; MANUEL JOSÉ MEDRANO, *Historia de la Provincia de España de la Orden de Predicadores* (Madrid, 1731), 67-88.

es lector del convento de Barcelona; provincial e inquisidor en 1351; en 1356, cardenal; muriendo el 1362.

Y hecho este prologuillo vengamos a dar cuenta del opúsculo.

La fecha de su composición nos la da su título completo, pues dice así: *De processibus paparum contra principes inutiles, ex Nicolao cardinali Aragoniae, qui fuit tempore Innocentii VI, anno Domini 1350.*

En este año era nuestro cardenal lector del estudio general del convento de Santa Catalina de Barcelona, nombramiento conferido por el capítulo provincial de Lérida de 1348, que le fue confirmado por el general de Barcelona del mismo año y por el de Montpellier de 1350.

En este año no era cardenal, se le confirió el capelo años más tarde; por lo tanto, hemos de concluir que el manuscrito que transcribimos no es de su mano, sino de otra posterior que, al trasladarlo al códice 382 del Archivo Vaticano, en cuyas páginas 59-71 se encuentra, añadió a la fecha de su composición el sobrenombre de Cardenal de Aragón con que se inmortalizó Rosell.

No nos dice qué documentos utilizó para su composición, sólo se refiere a unas crónicas y a una historia que había consultado, pero sin precisar, pues escribe estas frases: «ut in cronicis legitur», «legi etiam in historia impertita». Tal vez nos sirva de pista saber que el cardenal estuvo en Aviñón — entonces corte papal — en ese mismo año de 1350. Ahora bien, en la biblioteca de los papas halló una copia de las principales del códice original de Censio, conocida en la actualidad por el códice número 228 de la biblioteca Riccardiana de Florencia. De esta copia se sirvió para sacar la serie de vidas de papas desde León IX hasta Alejandro III, que ocupan páginas en su magna compilación llamada *Collectaneae*. Sin duda alguna también le sirvió la copia para dar a la luz su opúsculo durante los meses de su estancia aviñonesa.

¿Qué valor histórico puede tener el *De processibus*? Muchos manuscritos que Rosell compila en sus *Collectaneae* han sido utilizados por Baronio y Rinaldi que insertan a menudo sus textos en sus *Anales Ecclesiastici*, lo cual no es pequeña garantía. Con todo, no puede tener mayor valor que el de la fuente de que se surtió.

Sin embargo, no deja de tener interés en el estudio de las rela-

ciones del imperio y el papado. Porque la finalidad que se propone Rosell es estimular a los sumos pontífices a proceder contra la autoridad civil extralimitada en sus derechos respecto de la eclesiástica. Para ello pone ante la vista el ejemplo de los papas pasados que ejercieron la doble y absoluta potestad, espiritual y temporal. La finalidad no deja de ser buena, aunque cimentada en la falsa teoría teocrática del gobierno del mundo, en que toda clase de autoridades, civiles y eclesiásticas, forman una escala jerárquica como si todas pertenecieran al orden sobrenatural y divino propio de la Iglesia. En la cima está la autoridad papal, universal por extenderse a todos los hombres y a todas las cosas, tanto espirituales como temporales. Teoría que si no rechaza la necesidad y atribuciones de la potestad civil, las considera subordinadas en su origen y en su ejercicio. La expresión querida de «las dos espadas», símbolo de los dos poderes que están en manos del Papa, refleja con exactitud su concepción política del gobierno del mundo. Por ello el Papa puede deponer a emperadores y reyes, dispensar a los súbditos del juramento de fidelidad, etc.

Estaba candente la controversia político-religiosa en torno a la potestad civil y eclesiástica. Iniciada por Bonifacio VIII y Felipe el Hermoso de Francia, nuestro cardenal la había presenciado en sus días continuada por Juan XXII y Luis de Baviera. Él milita entre los defensores del papado al lado de Egidio Romano, Santiago de Viterbo, Agustín Trionfo, Enrique de Cremona, Tolomeo de Luca y Juan de Nápoles. Así lo cataloga el encabezamiento del prólogo de su opúsculo. «*Sciendum quod praeteriti virtuosi et sancti romani pontifices, vicarii domini nostri Jesu Christi, tamquam plenissimam habentes potestatem in terris, utpote qui utrumque gladium possent ad libitum exercere, etc.*» De esta suerte, el presente trabajo de Rosell constituye una modesta aportación al estudio de las teorías jurídico-teológicas de la Edad Media. Bajo este aspecto —más que en el histórico— es interesante su publicación, que hemos procurado sea lo más esmerada posible.

Su contenido es por demás sencillo, conforme la exigencia de su intento. Hubo de limitarse a espigar en el código de la Riccardiana los ejemplos que los pontífices han dado al través de los siglos en el ejercicio de su potestad ante las ingerencias de la civil, aunque algún tanto extralimitado bajo la falsa inspiración de teólo-

gos juristas. Pero a pesar de esos abusos queda en el lector destinatario la lección simpática de fortaleza y valentía que han de ejercitar los prelados eclesiásticos ante los atropellos del poder temporal.

MANUEL GARCÍA MIRALLES, O. P.

De processibus paparum contra principes inutiles, ex Nicolao cardinali aragoniae, qui fuit tempore Innocentii VI, anno Domini 1350

Sciendum quod praeteriti virtuosi et sancti romani pontifices, vicarii domini nostri Iesu Christi, tamquam plenissimam habentes potestatem in terris, utpote qui utrumque gladium possent ad libitum exercere, omnes et singulos imperatores atque reges, seu principes quo-scumque mundanos, qui a fide deviarunt catholica ac Ecclesiam sanctam Dei, et ipsius Ecclesiae immunitatem, libertatem [...], et bona vel personas perturbarunt, nullatenus dubitaverunt, imo contra omnes et singulos praeformatos, nunc spiritualiter, nunc temporaliter, et quandoque utroque modo intrepide processerunt; et quandoque opus fuit et expeditivit ipsos excommunicaverunt, interdixerunt, anathematizaverunt, et plures ex ipsis imperio, regno, dignitate, et titulis omnibus honoris, tam ecclesiasticis quam mundanis frequentius privaverunt, dantes exemplum eorum vicariis Christi imposterum succedentibus quod neminem debeant contra Deum et Ecclesiam dubitare, quia eis directum esse illud scriptum Ieremiae primo: «Ecce constitui te hodie super gentes, et regna ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et aedifices, et plantes». Sequitur: «Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream et in murum aerum, super terra, regibus Iuda, principes eius, et sacerdotibus, et populo terrae».

Et quia plus movere solet quod exemplis, quam quod verbis explicatur, ideo de multis diversis et solemnibus factis, et arduis summorum pontificum praeteritorum aliqua hic breviter, prout sequitur inseruntur.

Felix namque papa secundus, natione romanus, qui cepit anno Domini 366, Constantinum, filium Constantii magni imperatoris, rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi, episcopo arriano, excommunicavit, et postmodum inobedientem haereticum declaravit. Propter quod ab eodem Constantino depositus est a papatu, et secedens in quemdam locum non longe ab Urbe pro fide caiptis decollatione martyrio coronaatur¹.

¹ Tal vez sea error del copista poner el año 366 por el 355.

Innocentius primus, natione albanensis, qui cepit anno Domini 407, excommunicavit Archadium imperatorem quia consentit ut sanctus Ioannes Chrisostomus a sua sede constantinopolitana pelleretur ab Eudoxia, uxore dicti imperatoris, propter praedicationem quam fecerat contra eam pro eo quod circa imaginem speciei suae, erexerat, mulieres et pueras ludere compellebat, quod beatus Chrisostomus praedicavit vitium esse idolatriae².

Anastasius secundus, natione romanus, qui cepit anno Domini 499, ad Anastasium imperatorem, euticana haeresi maculatum, legatos sollemnes in Constantinopolim dirigens mandavit illi ut ab haeresi disserret, qui non solum legatos audire nec etiam videre voluit eosdem, imo furore repletus contra papam inter aliam scripsit dicens: Nos iubere volumus, non nobis iuberi. Quem dictus papa excommunicavit, et anathematizavit. Qui imperator sit motus et proterve loquens [...] in ipso palatio divino nutu fulmine percussus interiit anno Domini 518.

Constantinus papa primus, natione sirus, qui cepit anno Domini 708, Iustinianum imperatorem Constantini filium, pro eo quod Calnicum, patriarcham, excaecatum exilio dedit, excommunicavit. Tandem fidem orthodoxam amplexus Constantinum papam praefatum ad se venire apud Constantinopolim iuvit, eumque venientem apostolica dignatis gloria honorat, et in platea civitatis eius pedibus simul cum regno prostatus vultum in terram proiiciens veniam impetravit, ac de manibus papae communicavit, et omnia Ecclesiae privilegia renovavit.

Gregorius secundus, natione romanus, qui cepit anno Domini 725, Leonem imperatorem excommunicavit pro eo quod a quodam refuga fide seductus contra imagines Christi et beatae Dei genitricis eius, et sanctorum bellum indicit, easque ubique deposui et incendi iussit³.

Gregorius papa tertius, natione syrus, qui cepit anno Domini 731, eumdem Leonem imperatorem praedictum per dominum Gregorium secundum excommunicatum, ut est dictum, in depositione imaginum Christi et sanctorum incorrigibilem vidisset, eum tamquam haereticum condemnavit, Romam, et Italiam, et Hesperiā totam ab eius velut haeretici iure, et potestate discedere, eos ab eius fidelitate absolvendo, et vectigalia interdixit, synodusque fere mille episcopos Romae celebrando venerationem sanctarum imaginum confirmat, atque violatores, generali sententia ubique anathematizat.

Zacharias papa, natione graecus, qui cepit anno Domini 742, Childe ricum regem francorum tamquam inutilem, et remissum depositum, et in monasterio reclusit, omnesque francigenas a iuramento fidelitatis absolvit, et Pipinum eius fratrem, patrem Caroli Magni aulae regiae principem in regem constituit. Quem Bonifacius archiepiscopus maguntinus inunxit. Regnavitque annis 18, de quo habetur in decreto 15. q. 6. Alius Item. Quem Pipinum Stephanus papa secundus postmodum ite-

² Pone 407 por 401.

³ Esa fecha está equivocada, es el 715.

rum, et amplius inunxit, et filios eiusdem Carlomannum, et Carolum⁴.

Stephanus papa secundus, natione romanus, qui cepit anno Domini 796, ultimo anno pontificatus sui imperium a graecis transtulit in germanos in persona Caroli magni, regis francorum praedicti. Cum enim Ecclesia Romana oppimeretur ab Aristulpho, rege logombardorum, papa praedictus auxilium petiit a Constantino, et Leone filio eius imperatoribus Constantinopolis, et cum nollent patrocinari Ecclesiae Stephanus papa praedictus ab eis, tamquam ab indignis transtulit imperium ad Carolum Magnum, qui fuerat filius Pipini, quem Pipinum Zacharias papa substituerat regi francorum, ita quod de caetero per Ecclesiam Romanam imperium graecorum non est, nec debet vocari imperium. De ista translatione tangit decretalis de electione, caput Venerabilem. Item in apparatu eiusdem decretalis super illo verbo transtulit. Dicta autem translatio facta fuit anno Domini 756. Qui Carolus postea coronatus fuit a Leone papa tertius, elapsis post praedicta quindecim annis. Per quae patet quanta est auctoritas summi pontificis qui tam reges deponere potest quam imperium pro libito commutare tamquam dominus universorum existens, et vicarius domini nostri Iesu Christi⁵.

Gregorius quartus, natione romanus, qui cepit anno Domini 827, ad requisitionem procerum regni Franciae, et iudicio episcoporum Ludovicum regem Franciae ab imperii depositum dignitate.

Nicolaus papa primus, natione romanus, qui cepit anno Domini 868, imperatores uno et eodem tempore virtuose, et intrepide excommunicavit, videlicet Michaelem imperatorem orientalem propter Ignatium constantinopolitanum episcopum sine iudicio, et auctoritate ipsius papae a sede sua electum; et Lotharium imperatorem occidentalem pro adulterio quia Gateradam pellicem suam dimittere nolebat. Qui Lotharius sic excommunicatus postmodum venit Romam ad Adrianum papam secundum dicti Nicolai successorem ad excusandum se de adulterio praedicto. A quo dum idem rex pro ostentione innocentiae ad communionem corporis, et sanguinis Iesu Christi tam ipse, quam optimates sui ipsum excusantes invitati fuissent, iuxta verbum papae omnes indigne sumentes illo anno male mortui sunt, rex vero ipse in via redendo Placentiae defunctus est⁶.

Gregorius papa septimus, natione tuscus, patria senensis, qui cepit anno Domini 1073, in Henricum imperatorem qui Ecclesiae unitatem scindere attemptavit excommunicationis sententiam protulit de consilio 120 episcoporum. Qui quidem Henricus veniens ad dictum papam in quoddam castro comitissae Matildis, vocato Canusium, existentem extra cum exercitu suo horrida hieme mansit. In quo loco super nivem, et glaciem nudis pedibus per dies aliquot petit absolutionis gratiam

⁴ No fue elevado el 742, sino el 741.

⁵ En vez de 796 es el 752. Al margen se lee: «Imperii traslatio in Occidentem».

⁶ Léase 858. El nombre de la concubina se lee hoy Waldrada por Gateradam.

instantissime, et humiliter implorando. Post multas itaque disceptationes, et varia consilia post condignam satisfactionem absolutus fuit dictus imperator, et post absolutionis gratiam idem pontifex inter missarum sollemnia ipsi imperatori hostiam Christi porrigens dixit: Si corde bono accedis, et quod ore profiteris mihi observare disponis hoc sacrum Christi corpus sit tibi sicut Apostolis ad salutem, alioquin indegne percipiens illud sicut Iudas, et in iudicium tibi absque dubio manducabis. Cumque dictus imperator non corrigeretur dictus Gregorius ab imperio eum depositus, et omnes sibi subditos a fidelitatis homagio absolvit, et de mandato papae Rodulphus dux Bungundiae loco eius eligitur in imperatorem.

Urbanus papa secundus, qui cepit anno Domini 1088 excommunicavit Philippum regem Franciae, quia superinduxerat mulierem uxorem alterius viventis.

Adrianus quartus, natione anglicus, qui cepit anno Domini 1154, Guillermum regem Siciliae tamquam sibi rebellem excommunicavit, qui postmodum poenitens absolutionem meruit. Et homagium dicto domino papae faciens regnum ipsum a domino papa humiliter suscepit. Hic dominus papa Fridericum primum huius nominis imperatorem qui prius erat dux [...], et nepos Conradi imperatoris, in ecclesia sancti Petri imperiali diademeate coronavit, qui postmodum ecclesiam Dei mirabiliter torbolavit⁷.

Alexander papa tertius, natione tuscus, patria senensis, qui cepit anno Domini 1159, quatuor schismaticos antipapas devicit, Octavianum, qui Victorem, Guidonem Cremensem, qui Paschalem, Ioannem Fremensem, qui Calixtum, et Landonem, qui Innocentium, se nequiter fecerunt appellari, quorum tres fuerunt presbyteri cardinales. Hi omnes per vices scisma fecerunt in ecclesiae Dei, et per papam Alexandrum excommunicati fuerunt et tandem omnes vicissim mala morte perierunt. Hic papa Alexander imperatorem Fredericum huius nominis primum frequentius commonitum ut a scismate Ecclesiae cessaret, sed minime correctum, apud Agnaniam in Coena Domini coram cardinalibus, epis copis, et coram magni populi multitudine solemniter excommunicavit, et omnes qui ei iuramento fidelitatis tenebantur adscripti ab ipso iuramento absolvit. Et idem pontifex tam in Montepessulano, quam per regnum francorum eundo publice dicti imperatoris culpas, et crimina detegendo solemniter, et publice frequentius excommunicatum, et anathematizatum, et scismaticum publicavit. Tandem Fredericus ipse ad se reversus, Deo sibi in omnibus suis actibus adversanti pacem ac petit, et obtinet cum papa Alejandro et ad iussum summi pontificis idem Fredericus abiurat scisma, et publice satisfacit; idem faciunt omnes sui complices, et valitores, et Ecclesia ex his pacificatur, et quamplurimum exaltatur, quod fuit factum in civitate venetiorum, ubi praedicta pax

⁷ En el texto no se lee por estar borrado el nombre del territorio de que era duque Federico; la historia le asigna el ducado de Suabia.

Deo faciente fuit tandem commsumata anno Domini 1177, **ix** calendas octobris, fuitque impositum domino Frederico quod ultra mare in liberationem Terrae Sanctae transire deberet, quod et fecit cum filio suo duce Sueviae, ubi transiens quemdam fluvium in eo demergitur, et vix extractus paulo post moritur anno sui imperii **XXXVIII**.

Innocentius papa tertius, natione campanus, cepit anno Domini 1197. Hic coronavit Othonem huius nominis quartum imperatorem in basilica sancti Petri quarto nonas augusti anno Domini 1209. In ipsa vero coronatione iusiurandum exigit papa ab eodem de Patrimonio, et iure beati Petri indemniter Ecclesiae Romanae dimittendo, et contra quoslibet defendendo. Quo facto ipsa die contra iuramentum Otho venit, nam statim pugnam habuit cum romanis, insuper per suos quos in castris posuerat romipetas spoliari fecit contra voluntatem dicti Innocentii papæ. Transiens in Apuliam oppugnavit terram Frederici, filii imperatoris Henrici, capitque multas urbes, et castella in regno Apuliae. Quod totum est de iure beati Petri, propter quod Innocentius papa excommunicavit eundem, et de imperio depositus, omnes subditos eius ab iuramento fidelitatis absolvendo; tandem Otho praedictus excommunicatus, et in sci-
mate moritur anno Domini 1217⁸.

Honorius papa tertius, natione romanus, qui cepit anno Domini 1216, Fredericum imperatorem huius nominis secundum, quem prius coronaverat apud sanctum Petrum anno Domini 1221, rebellem, et hostem Ecclesiae et eundem in omnibus adversantem audacter excommunicavit, et anathematizavit, et omnes sibi subditos ab eius fidelitate absolvit, et palam, et publice contra eum processit, ipso imperatore semper in sua contumacia permanente.

Gregorius IX, natione campanus de Agnania civitate, qui cepit **xvii** calendas aprilis anno Domini 1226, quia Fredericum praedictum imperatorem hostem publicum, et persecutorem Ecclesiae et clericorum comprobavit, utpote qui papa et Ecclesiam hostili animo sequebatur, bona, et iura ecclesiarum occupabat, clericos capiebat, cremabat, ac diversis mortibus afficiebat. Ideo in virtute Dei exurgens excommunicationis, et anathematizationis sententias a papa Honorio tertio praedicto publice lataς contra dominum imperatorem viriliter, et audacter in publico, et patenter, et ubique confirmavit, et innovavit, et quantum potuit aggravavit. Cumque concilium praedictus papa Gregorius contra dominum imperatorem Romae celebrare niteretur, viae universae tam per mare, quam per terram per imperatorem Fredericum artantur, et duo cardinales domini Iacobus Prenestinus, et Utho, qui pro subsidio Ecclesiae legati missi fuerant ultra montes cum redirent ad curiam, et multi alii praelati, episcopi, abbates, et clerici per mare ad concilium venientes per imperatoris Frederici fautores per naves pisarum capiuntur, sicque insanus, et mente corruptus Fredericus in sua malitia, et Ecclesiae per-

⁸ Fue elegido en 1198, no en 1197.

secutione gloriatur, non obstante quod praedictus dominus Gregorius contra eum, tamquam contra perfidum obstinatum, de cuius [...] tamquam dati in reprobum sensum adsperabatur intrepide procederet, Ecclesiae sententiam, et processus augmentando⁹.

Innocentius papa quartus, natione ianuensis, de comitibus Lavaniae, qui cepit anno Domini 1243, post magnum pacis tractatum inter ipsum, et dominum Fredericum imperatorem, dum praedicti Frederici malitia contra Ecclesiam per omnia obstinatam perpendisset, clam ianuenium fretus auxilio in gallos apud Lugdunum pervenit, quo intravit in hebdomada prima adventus, feria sexta, anno Domini 1244, ubi fuit continue per sex annos et amplius quantum est a prima hebdomada adventus usque ad feriam quartam infra octavas Pachae, qua recessit postmodum de Lugduno. Hic Innocentius anno Domini 1245, in festo sancti Ioannis Baptistae in Lugduno generalem concilio celebravit cum cardinalibus et praelatis cisalpinis, et caeteris de regno Franciae, et Hispaniae, et ibidem dominum Fredericum tamquam Dei, et Ecclesiae hostem, et inimicum condemnavit, et ab imperio deposuit, et privavit per definitivam sententiam xv calendas augusti, et per electores imperii Lantgravium ducem Turingiae in imperatorem elegi procuravit. Praedictus igitur Fredericus depositus cum inter caeteras civitates Lombardiae Parmam tamquam magis exossam sibi in forti manu obdiret a legato domini papae, et a parmensibus est devictus, et amissis thesauris et aliis rebus suis in Apuliam tristis rediens gravi infirmitate corripitur, quam infirmitatem Manfredus filius eius naturalis, sed illegitimus regni Siciliae ambiens dominium, et thesauros conscio quodam ipsius Frederici cubiculario timens ne convalesceret infirmus cussino seu pulvinari super faciem eius posito eum crudeliter suffocavit. Sicque miser Fredericus excommunicatus et depositus in suo persistens scismate, et malitia sine sacramentis et poenitentiae subito est extinctus. Hic Fredericus dum viveret proprium filium Henricum nomine regem tunc Alemmaniae sibi de rebeline accusatum captum in Apuliam deducens squalore carceris suffocaverat. Post mortem vero ipsius domini Frederici praedictus ipsius naturalis filius qui Siciliam occupaverat per Carolum regem Siciliae in campo devincitur, et occiditur, et postmodum Cunradinus Conradi filii dicti Frederici filius per eundem Carolum in campo vincitur, et capitur, ac demum capitali sententia perditur. Sicque vita, regno, et filiis ac progenie dominus Fredericus prout memoratur privatus subito extinguitur, caeterum Ecclesiae aemulis positus in exemplum.

Clemens papa quartus, natione provincialis, de villa S. Hegidii, prius nominatus Guido Fribiddii, qui coepit anno Domini 1264, Manfredum filium natum sed illegitimum praedicti damnati Frederici, pro eo quod regnum Siciliae et Apuliae, quod erat de iure beati Petri manu

⁹ Léase 1227.

rapida occupaverat excommunicavit, et anathematizavit publice et patenter, ac frequenter; et contra eundem Carolum regem Franciae filium in regem Siciliae coronat, ac inungit, ac facit ire bello campali apud civitatem beneventorum dictum Manfredum expugnaturum. Et tandem vincitur Manfredus in campo et occiditur, et eius exercitus prosternitur et fugatur; quod praelium fuit quarto calendas martii, feria sexta, anno Domini 1265. Et postmodum per eundem Carolum Conradius dicti damnati Frederici nepos per eundem Carolum debellatur et capitur in campi philentini planicie in vigilia beati Bartholomaei apostoli anno Domini 1268, et tandem occiditur, ut est superius iam declaratum¹⁰.

Martinus papa quartus, natione gallicus, de Bria Campaniae, qui coepit octavo calendas aprilis anno Domini 1280, Petrum regem Aragoniae, qui istelam Siciliae, quae de iure erat beati Petri, contra Carolum regem Siciliae occupaverat, excommunicavit et tandem regno privavit, omnes eius vassallos ab ipsius fidelitate absolvendo, ac crucem generalem contra eum dedit, cuius mandato Philippus rex francorum cum legato Sedis Apostolicae [...] cum Carolo Valessi eius filio, cui per papam fuerat regnum Aragoniae datum, in Aragoniam vadit cum incredibili militum, et peditum armatorum comitiva, et cum maxima galearum et navium copia, qui tandem nihil ibi gessit, nec aliquid, vel parum acquisivit, imo ipse Philippus rex moritur in Vilanova iuxta Castilionem Impuriarum pridie nonas octobris anno Domini 1285, et maior pars sui exercitus infra regnum Aragoniae mortua fuit, et tota galearum et navium suarum multitudo cum vicenalibus per nobilem virum Rogerium de Loria, regis Aragoniae admiratum, expugnatur, capitur, et vastatur, et de multis pauci vix de toto exercitu ad propria redierunt¹¹.

Bonifatius VIII, natione campanus, de Agnania civitate, qui coepit anno Domini 1294, contra Philippum regem Franciae, qui super Ecclesiam indebitate erigebat, audacter et intrepide processit, et bullam sibi misit eidem significando quod in temporalibus et spiritualibus Romano Pontifici [...], quare recognoscere ipsum romanum pontificem velut dominum in temporalibus tenebatur, asserens fore haereticum oppositum affirmare. Quam enim bullam idem Philippus in palatio publice fecit comburi, cuius bullae fumus contra eum [...] ascenderit. Idem etiam papa quater, et implicite dominum regem Franciae excommunicavit, ac eius regnum fore imperio subiectum solemniter declaravit. Ex quibus et multis aliis motus rex praedictus dominum Bonifacium captum comitavit in Agnania civitate [...], quod scelus a domo Franciae non delebitur. Dictus attamen Christi vicarius in omnibus praedictis firmus, et immobilis existens tamquam columna solida. Inter haec infirmitate gravatur, et moritur Romae vi idus octobris anno Domini 1301¹².

¹⁰ Elegido en 1265, se apellidaba Foulquois.

¹¹ Léase 1281.

¹² Su muerte acaeció en 1303.

Benedictus papa XI, natione lombardus, de civitate Irimsma, ordinis fratrum praedicatorum, qui coepit **xr** calendas novembbris anno Domini 1303, processus grandes solemnes, et grandes incepit facere publice, et virtuose contra omnes et singulos qui in Christum Domini oleo sancto unctum Bonifacium scitum papa VIII, Christi vicarium, manus cruentas et execrabiles posuissent ippos, et omnes et singulos cuiuscumque gradus, vel dignitatis essent, qui in dicto scelere consensissent, scivissent, dedissentque consilium, auxilium vel favorem per se vel per alios directe, vel indirecte citando peremptorie, denunciando etiam excommunicatos publice, et in scriptis tanti sceleris patratores quam plures nominatim assignando. Quae publicatio, et citatio facta fuit Perusiis VII ianuarii anno Domini 1304. Qui processus pulcherrimus incipit: Flagitiolum scelus. Sed proh dolor tam virtuosus Christi athleta, et Ecclesiae defensator mox defecerit, nam non sedit nisi octo mensibus, diebus **xvii**. Obiitque in Perusio nonas iulii, pontificatus sui anno primo. Sepultusque fuit in conventu fratrum praedicatorum, ubi multis claret miraculis¹⁸.

Clemens papa V, natione vasco, de loco qui Umsandra dicitur Burdigalensis dioecesis, qui caepit in vigilia Pentecostes, quae fuit nonas iunii, anno Domini 1305. In concilio generali Viennae celebrato ordinem Templi ubique potenter, et fortiter in orbe tam in personis quam in divitiis. Qui impingratus, et [...] militaverat 184 annis, per provisionem potius quam per condemnationem cassavit, irritavit, et annulavit, magistro dicti ordinis et pluribus fratribus cum eodem igni traditis et combustis, eorumque bonis, castris, villis, et divitiis in parte ordini Hospitalis traditis, et in parte hic et inde occupatis, et vastatis. Quae cassatio facta fuit feria tertia in hebdomada sancta, in calendis aprilis, anno Domini 1312. Causa dictae cassationis, et annullationis paucis fuit nota veraciter, licet multa fuerint diversimode promulgata, dictam attamen cassationem fecit, id est, procuravit fieri Philippus rex Franciae.

Ioannes papa XXII, de Catareo civitate oriundus, qui coepit **vii** idus augusti, in sabbato, anno Domini 1316, Ludovicum ducem Bavariae, qui in contradictione imperatorem electus fuerat, sed eius electio per sedem [...], et moris non fuerit approbata, et pro imperatore se gerebat, multos fecit processus per temporum debita intervalla, cum publicis et peremptoribus citationum personalium edictis. Qui tamen non duxit comparendum, nec iussit parendum. Ideo dictus dominus Ioannes dominum Ludovicum excommunicavit et omni iure si quod habebat in electinone vel imperio privavit. Privavit eum etiam ducato Bavariae, et omnibus titulis honoris quos habebat. Ee eo in rebellione et malitia persistente ipsum velut haereticum publice, et solemniter per sententiam condemnavit. Cibavit etiam et excommunicavit dictus dominus

¹⁸ Nació en Treviso.

papa fratrem Petrum de Corberia ordinis fratrum minorum, quem dominus Ludovicus legibus et ordinatione perversis nequiter in Roma fecerat fieri pseudoantipapam, quem tamen in sua nequissima haeresi persistente velut haereticum, et totius fidei subversorum sententialiter condemnavit. Excommunicavit et velut haereticos condemnavit dictus dominus papa fratrem Michaelem de Casena, generalem ministrum ordinis fratrum minorum, Gulielmum Ockam, Franciscum de Escrelo, Henricum de Ialhem de Gandano, Bonagratiam de Pergamo dicti ordinis minorum, et multos alios perfidos solo nomine christianos, tam fratres minores, quam saeculares, qui in dictis pravis actibus, et nefandis praedictis perversis Ludovico et antipapae verbis et factis consilium, et favorem pro viribus impendebant. Tandem dominus Ludovicus in dicto scismate, et haeresi obstinatus obiit nequiter. Dictus vero anti-papa captus fuit, et ad dominum dictum papam perductus, et poenitens obiit ut videbatur, aliis praedictis haereticis pro maiori parte in suis sceleribus, et haeresibus male extinctis. Excommunicavit etiam dictus dominus papa multos tam praelatos quam nobiles in Alamannia, et Italia, qui dictis haereticis adhaerebant, ipsorumque dignitatibus ecclesiasticis et saecularibus denuo privavit, et eos velut haereticos condemnavit. Et tandem omnibus male mortuis sanctus praesul qui in omnibus infractus, et fortissimus semper obstitit, praevaluit et obtinuit, et in ipsis et in aliis pluribus Ecclesiam sanctam viriliter defensavit, et quamplurimum tam vita quam sanctis et virtuosis operibus honoravit. Hic vero dominus Ioannes processit contra dominum de Mediolano et parentes, ac fratres suos, ipsosque solemniter ac personaliter citavit. Quos tandem rebelles et obstinatos Ecclesiae et ecclesiarum, ac clericorum persecutores, et hostes tamquam haereticos condemnavit tam patrem, quam quatuor filios eius, videlicet Mathaeum patrem, et eius filios, Loquinam, Ioannem archiepiscopum medilanensem, Stephanum et Marcum.

Benedictus papa XII, de Serendano dioecesi, qui caepit anno Domini 1336, in omnibus se habuit viriliter, prudenter, et constanter, neminem de principibus mundi timendo, aut in aliquo dubitando, unde cum quemdam ambaxiatorem regis Angliae in curia romana existentem, aliqui de regno ex parte regis Franciae ut dominus capit subito et [...] fecissent, et infra regnum Franciae latenter perduxissent in immunitati et liberatis curiae praeiudicium et violentiam manifestam. Sanctus pontifex praedictus spiritu Dei commotus nemini in hac parte deferendo per sententiam omnes capientes, consultantes, praecipientes, adiuvantes, dantes qualitercumque auxilium, consilium, vel favorem, cuiuscumque dignitatis [...] ecclesiasticae vel mundanae, etiamsi regali vel archiepiscopali, et episcopali dignitate polleret excommunicavit et excommunicatos publice, et solemniter nunciavit et interdixit interdicto saevientissimo, et arctissimo omnia loca, civitates, vel castra istius regni Franciae, in quibus dominus ambaxiator captus, vel arrestatus modo aliquo

teneretur. Tandemque factum est ex pontificis constantia quod dictus ambaxiator domino papae praefato sanus et incolmis redditur, rex vero Franciae Philippus de dicta captione plurimum se excusavit, et eum dictus dominus papa habuit excusatum. Sed quia inventum fuit quod Mareillus romanae curiae in dicto scelere consenserat, ipsum capi, trahi per civitatem, et suspendi mandavit. Sanctus pontifex memoratus ipsum de palatio hoc videre nolente¹⁴.

Clemens VI, natione lemoniensis, ceopit anno Domini 1342, contra dominum de Mediolano Ecclesiae et clericorum hostem, et inimicum manifestum audacter processit ipsum publice et solemniter excommunicando, ac alias procedendo, prout iuris et rationis aequitas requirebant. Qui tandem ad se reversus eidem domino papæ, et Ecclesiae submissus satisfecit, et in omnibus obedire promissit.

*Quomodo beatus Ambrosius, non papa, sed simplex episcopus
Mediolanensis processit contra imperatorem*

Non solum attamen summi pontifices Christi vicarii qui plenissimam in terris habent potestatem imperatores et reges fortiter, et audacter, et quando expeditiv arguerunt, sed etiam quod notum est omnibus beatus Ambrosius qui non papa sed mediolanensis episcopus fuit, contra Theodosium maximum imperatorem intrepide processit, ipsumque excommunicavit et de ecclesia turpiter eiecit. Dictus attamen imperator, ut in cronicis legitur, diabolo instigante facinus immane commisit. Nam Thessalonicae seditione facta cum quidam iudices fuissent occisi repentina nuncii atrocitate, ira succensus iussit omnes dictae civitatis pariter interiri, nec a nocentibus innocentes secerni. Hac itaque caede fere septem millia hominum perempti sunt. Hanc cladem audiens beatus Ambrosius cum imperator Mediolanum veniens ecclesiam ingredi voluit eum ab ingressu obiurgando prohibuit. Quam ille obiurgationem, et ecclesiae expulsionem excipiens patienter repedit quod David rex peccavit. Qui respondit: Imitatus es peccantem, imitare poenitentem. Quod et fecit, nam commissum facinus mirabil poenitentiae diluit. Qui cum denique a beato Ambrosio absolutus fuisse hanc legem imperator statuit, ut intra xxx dies sententia mortis, atque proscriptionis in christianos (?) tamen scripta permaneat, et interim examinetur causa et reconsulatur, ut demum quid facto opus sit sub libra iudicis profertur. Legi etiam in historia impertia quod in concilio quod dictus imperator coram dicto Ambrosio et se congreganti ordinavit, Ambrosius duas cathedras fieri fecit in quibus et imperator in ipso concilio conserderent, quarum una scilicet Ambrosii per tres palmos imperatoris

¹⁴ No es posible que Rosell se equivocase en fijar el año exacto de la elevación de Benedicto XII al solio pontificio, siendo contemporáneo de él. La historia asigna el 1334, mientras que él da la fecha de 1336.

cathedram in altitudine excedebat. Per hoc innuens sanctus praesul quantum sacerdotalis dignitas regiam quantamcumque superexcedit per omnia dignitatem, quod in sessionis praeeminentiam voluit figurare. Hoc non ex arrogantia, sed ex disciplina futuris cupiens perducere exemplum. Quis igitur fidelis nisi mente captus dubitat regiam potestatem pontificibus esse subiectam? Et quis credit a subiectione romani pontificis se alienam esse nisi qui peccatis suis exigentibus inter oves Christi eidem per Christum commissas non meruit numerari? Unde legislator in testamentorum XII Patriarcharum filiorumque Iacob quod dixit Iudas in suo testamento in fine exhortans filios suos: «Et filii diligite ut permaneatis, et non efferamini super ipsum, ut nos dispereat vos. Mihi Dominus dedit regnum, et Levi sacerdotium, et subiecit regnum sacerdotio; mihi dedit quae in terris illi quae sunt in caelis; quantum supereminet coelum terrae, ita supereminet Dei sacerdotium regno quod est in terra». Hoc idem habetur ex epistola Gregorii ad Hermanum Metensem episcopum, et habetur transumptive in decreto d. pb. c. quis dubitet. «Quis — inquit — dubitet sacerdotes Christi regum et principum omniumque fidelium pastores, et magistros censer? Nonne miserabilis insanies cognoscitur si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, et inquis obligationibus illum suaे potestati subiicere a quo credit non solum in terris, sed etiam in caelis se ligari et solvi?» Hoc idem scripsit perfectius Gelasius papa Anastasio imperatori; et decretum qb. d. c. Duo sunt, ubi sic dicitur: «Duo sunt quippe, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum quanto etiam pro ipsis regiminibus hominum in divinum sunt reddituri examine rationem». Et post pauca: «Nostis itaque inter haec ex illorum te pendere iudicio ad illos ad tuam posse redigi voluntatem». Talibus igitur institutis talibusque fulti auctoritatibus plerique pontificum alii reges, alii imperatores excommunicaverunt. Nam si speciale aliquod de [...] principum requiratur exemplum, Innocentius papa Archadium imperatorem qui consentit ut sanctus Ioannes Chrisostomus a sua sede pelleretur, excommunicavit. Beatus etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamen universalis Ecclesiae episcopus, pro culpa quae ab aliis sacerdotibus non adeo pravis videatur Theodosium magnum imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit. Qui etiam in suis scriptis ostendit quod aurum non tam preciosius esse plumbo quam regia potestate sit altior ordo sacerdotalis, hoc modo circa principium sui Pastoralis scribens: «Honor, fratres, et sublimitas epicopalnis nullis poterit comparationibus adaequari; si regnum fulgori compares longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auro fulgorem compares, quippe cum videoas regum colla, et principum submissi genibus sacerdotum, et osculata eorum dextera, orationibus eorum se credant communicari». Haec ibidem dicit Ioannes papa: «Si imperator catholicus est, salva pace ipsius, dicimus filius est non

praesul Ecclesiae, quod ad religionem competit dicere ei convenit non docere, etc.». Multa alia et diversa de directo ad propositum facientia, tam de gentibus antiquis, quam de catholicis scripturis adduci possent eleganter, quaet causa brevitatis omittuntur, quia praedicta sufficiunt ad erudiendum omnes Ecclesiae praelatos tam praesentes quam futuros, ad defensandum Ecclesiam sanctam Dei, personas eius, iura et libertates a morsibus luporum qui eisdem sunt infesti de praesenti.

Archivo Vaticano, Reg. Lat., 382, 59-71.

